

autem hic dialogus sit, in Theaeteto explanavit de ipsa eius ac-  
 tione loquens:<sup>3</sup> *Dianoestae<sup>iii</sup>, hoc est: ratiocinari numquid, quod ego  
 quoque vocas. Theae. Quid vocas? Socr. Sermonem, quem ipsa ad se  
 ipsam anima peragit de iis qua considerat, ut nesciens tibi pronunciem,*  
 5 *hoc enim mihi apparet ratiocinans non aliud quam loqui, ipsa se ip-*  
*sam interrogans et respondens et affirmans et non affirmans.* Dialogus  
 ergo rite animae interrogatione ac responsione constans nec non  
 affirmatione ac negatione dianoese operatio est. Nomenque dia-  
 lecticae hoc διαλέγεσθαι, dissertationi dedit. Sic enim in Cratylo  
 10 docuit:<sup>4</sup> *Eum vero qui interrogare et respondere sciat, aliud quid tu*  
*vocas, quam dialecticum.* Reipublicae quoque 7. de dialectica multa  
 locutus ita concludit:<sup>5</sup> *Legem sane feres ipsis hanc maxime discipli-*  
*nam amplecti, ut interrogare atque respondere scientissime possint.*

Convenit Aristoteli in hoc cum praeceptore dialecticam in  
 15 interrogatione ac responsione versari initio primi Analytici, Dia-  
 lecticam propositionem ad aliarum propositionum, definitionem  
 diffinienti:<sup>6</sup> *Dialectica vero interroganti quidem interrogatio contra-*  
*ditionis.* [315] Id quoque Topica (si modo sua sunt) et primo li-  
 bro et 8. declarant et alibi passim legitur. Sed hoc erit hac in re  
 20 discrimen, quod Aristoteles dialecticum ad tria tantum alligat ac  
 velut vincit (utamur hisce Topicis pro Aristotelicis, neque enim  
 si, ut putamus nos, Eudemi sunt, longe ab Aristotelica traditio-

<sup>3</sup> τὸ δὲ διανοεῖσθαι ἄρ' ὅπερ ἐγὼ καλεῖς; Θεαι. τί καλῶν; Σωκ. λόγον ὃν αὐτὴ πρὸς αὐτὴν ἢ ψυχὴ διεξέρχεται περὶ ὧν ἂν σκοπῆ. ὥς γε μὴ εἰδῶς σοὶ ἀποφαίνομαι. τοῦτο γὰρ μοι ἰνδάλλεται διανοουμένη οὐκ ἄλλο τι ἢ διαλέγεσθαι, αὐτὴ ἑαυτὴν ἐρωτῶσα καὶ ἀποκρινομένη, καὶ φάσκουσα καὶ οὐ φάσκουσα. [PLATO, Tht. 189.e.2 – 190.a.2]

<sup>4</sup> τὸν δ' ἐρωτᾶν καὶ ἀποκρίνεσθαι ἐπιστάμενον ἄλλο τι σὺ καλεῖς ἢ διαλεκτικόν; [PLATO, Cra. 390.c.10 – 11]

<sup>5</sup> νομοθετήσεις δὴ αὐτοῖς ταύτης μάλιστα τῆς παιδείας ἀντιλαμβάνεσθαι, ἐξ ἧς ἐρωτᾶν [ἐξἐρωτᾶν] {τε} καὶ ἀποκρίνεσθαι ἐπιστημονέστατα οἰοί τ' [οἷον τε] ἔσσονται; [PLATO, R. 534.d.8 – 10]

<sup>6</sup> Διαλεκτικὴ δὲ πυνθανομένῳ μὲν ἐρώτησις ἀντιφάσεως. [ARST. A Pr. 24b.10 – 11]

<sup>iii</sup> To je Petrićeva fonetska transliteracija u skladu s tadašnjim grčkim izgovorom.